

www.e-rara.ch

De Perfectione Christiana

Tyszkiewicz, Jerzy

Coloniae Agrippinae, Anno M. D. XXVI [d.h. 1626]

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: Rw 116

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-58152>

Caput II. Qualis perfectio est nostrae tractationis argumentum.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

scientia, 1. Cor. 1. Et id commendat quoque nobis Regula nostra ex Sūmario 42. *Idem sapiamus, idē quoad eius fieri potest dicamus, iuxta Apostolum.* Denique ne singula enumerem, S. Iacobus c. 3. perfectionis nomen tribuit linguę domitę. *Si quis enim in verbo non offendit, hic perfectus est vir: linguā enim domare difficile est, sed tamen omninō necessarium.*

SIXTO & VLTIMO, accipitur perfectio pro beatitudine supernaturali perfecta, huius vitę, seu vię. Ita passim Sancti Patres, & Magistri spirituales, vt videbimus cap. 3. Et hanc intelligunt quoque S. Patres, citati à nobis in secūda acceptance Perfectionis.

C A P V T II.

Qualis Perfectio est nostrę tractationis argumentum.

SEx acceptance Perfectionis attulimus capite præcedenti, ex quibus vel nulla est, vel saltem non per se, præter ultimam nostrę tractationis argumen-

tum: quod ostendo hac ratiocinatione; quia nullam ex his perfectionibus, vel saltem non per se, præter ultimam intelligit illa Ordinatio, quæ perfectionem, tanquam materiam Exhortationum, & Conferentiarum, ad Patres tertij anni, assignat instructori. Clarè enim explicat titulo 3. §. 2. & 4. eam esse perfectionem (verba illius sunt) *Per quam homo in vita spirituali perfectus est, & qua in hac vita acquiritur, per plenam & absolutam sui abnegationem, ac per exercitium virtutum, dignarum homine religioso; de nique ad quã initio vocauit nos Deus, cum ad Religionem vocauit, ut eam in hac vita, maximè verò in probationibus tertij anni, acquiramus: quæ omnia nulli alteri perfectioni ex enumeratis, præter ultimæ conueniunt. Non primæ, ut per se clarum est, per hanc enim homo non est in vita spirituali perfectus, imò imperfectus, atq; ad eò perfectio hoc modo accepta, nullo modo nostræ tractationis est argumentum. Sed nec secundæ perfectioni; quia hæc non acquiritur in hac vita, sed in altera, nec ad hanc nos propriè initio Deus vocauit, cum ad*

reli-

religionem vocauit. Non etiam tertiæ, quartæ & quintæ, tum propter alterum membrum rationis iam positæ, tū quia nulla harum perfectionum ad sui consecutionem requirit plenam & absolutam in homine sui abnegationem; & exercitium virtutum dignarum homine religioso, vt cuique euidens est. Sola autem perfectio vltimo modo accepta, & acquiritur in hac vita, & acquisita, constituit hominem perfectum in vita spiritali, & ad sui acquisitionem plenam & absolutam abnegationem, exercitiumque virtutum religioso dignarū requirit; & denique ipsa est ad quam nos Deus initio vocauit, cū ad deserendum mundum, & sibi soli in religione seruiendum attraxit: que omnia clariora erunt ex sequentibus.

Dixi, nullam ex perfectionibus enumeratis præter vltimam esse per se argumentum nostræ tractationis, vt indicarem non esse negandum, aliquas ex his perfectionibus, secundam videlicet, tertiam, quartam, & quintam, secundum quid pertinere ad nostrum institutum. Et ratio est, cū enim bea-

titudo supernaturalis, futura in altera vita, sit finis ac præmium perfectionis ultimo modo acceptæ, quæ per se traditur, & gratia habitualis, initium ac fundamentum illius; virtutes denique morales, cùm rebus ad illas spectantibus, sint via ac media ad assecutionem eiusdem, vt patebit ex sequentibus; necessariò hæc omnia in ordine ad ipsam perfectionem, sexto ac ultimo modo acceptam, non per se quidem, sed secundùm quid tractanda sunt, vt plena tandem & absoluta doctrina, de proposita perfectione tradi possit.

C A P V T III.

*De varijs proprietatibus, appellationibus,
& titulis perfectionis, quæ nostræ
tractationis est argumen-
tum.*

VT melius & clarius perfectionis tractandæ essentiam ac naturam inuestigemus, placet in medium adducere, proprietates, appellationes, & titulos, quibus à Sanctis Patribus ac Magistris